HEPAR SULPHURIS.

℞. Sulphuris part. ij.
Salis alcalini fixi puri part. j.

Mixta injiciantur in crucibulum, ut fluant in igne. Probe unita maſſa eximatur, & frigefacta illico indatur vitro exacte claudendo.

INFUSUM *ſive* AQUA ANGELICA.

℞. Cremoris Tartari dr. ij.
Solvantur in
Aquæ bullientis unc. viij.
In ipſa ebullitione adjiciendo
Mannæ electæ unc. ij.
Tartari tartariſati dr. iß.
His tandem ſolutis adde
Succum pomi unius citri.

Et infunde fervide ſuper Corticibus ejusdem pomi recenter conciſis.

Stent in vaſe clauſo per quadrantem horæ.

Clarificatum dein albumine ovi, & per chartam emporeticam calide filtratum exhibeatur.

INFUSUM *ſive* AQUA LAXATIVA.

℞. Foliorum Sennæ dr. vj.

Cre-

Cremoris Tartari dr. j.

Seminis anisi stellati leviter contusi dr. ß.

Mista infundantur cum

Aquæ fervidæ s. q.

Stent per quadrantem horæ; dein ebulliant aliquantulum, ut colatura fortiter expressa sit unicarum sex, in qua solve

Mannæ electæ unc. ij.

Demum clarificatum ac colatum exhibeatur.

INFUSUM LAXATIVUM ALIUD

vulgo

HYDROMEL INFANTUM.

℞. Foliorum Sennæ unc. iß.

Radicis Ireos florentinæ.

Liquiritiæ.

Passularum majorum.

Caricarum ana unc. j.

Anisi stellati dr. j.

Infunde in sufficienti quantitate aquæ fervidæ per horam, dein ebulliat parumper, ut colatura sit libræ unius, in qua solve

Sacchari albi unc. ij.

Et clarificatum exhibe.

INFUSUM *seu* SANGUIS CICHOREI SIMPLEX.

℞. Herbæ Cichorei unc. β.
Salis Tartari gran. xv.
Infunde per noctem in
Aquæ ebullientis unc. iv.
Dein forti expressione coletur, & exhibeatur.
In ipsa infusione si addantur
Rhei electi scrup. ij.
Habetur idem INFUSUM CUM RHABARBARO dictum.

INFUSUM ROSARUM.

℞. Florum Rosarum pallidarum recentium libr. vj.
Adfundantur
Aquæ fontanæ bullientis libr. xij.
Stent per viginti quatuor horas in infusione, dein colatura fortiter expressa infundatur eodem modo supra novos flores, idque tertia vice repetatur. Colatura demum ultima servetur in lagenis angustioris colli, superaffuso oleo.

IN-

INFUSUM *seu* TINCTURA

PAPAVERIS ERRATICI.

℞. Florum Papaveris erratici unc. iß.
Irrorentur
Spiritus Vitrioli gtt. xv.
Adde
Sacchari canarini unc. j.
Et infunde cum
Aquæ florum Papaveris Rhoeados ferventis libr. j.
Infusum frigefactum coletur, & exhibeatur.

KERMES MINERALE

sive

PULVIS CARTHUSIANORUM.

℞. Antimonii crudi in frusta minora comminuti q. v.
Injice in sartaginem ferream.

Adde quadruplum circiter salis Tartari, & aquæ communis sufficientem quantitatem; ebulliant simul per tres aut quatuor horas. Dein fervidus liquor per chartam emporeticam filtretur, ubi ex eodem refrigerato ad fundum secedet levis ex rufo badius pulvis, qui aqua